

iudex Paulus de Agatha

69

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

69

1489-08-13

In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimonono. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimoprimo,... mense Augusti, die tertiodecimo eiusdem, septime indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de dicta civitate,... per totum... regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate,... puplicus ubilibet per totum predictum regnum... regia auctoritate notarius, domnus Iohannes Cicci Carbonis, domnus Andreas Iohannis de Altamura, Donatellus Gasparis de Ciccarello, Iohannes de Decano et Donatus de Ciminello, testes... de affata civitate,... notum facimus... quod... constitutis Pasca Iuliani de Moliterno de Genusio,... habitante et incola... Mathere,... et... Iacobo Antonii de Cataldo de affata civitate Matere,... agente pro se... ac... pro Cosma et Pascale suis fratribus,... prefata... Pasca... asseruit... habere... vineale unum terre vacue cum certis arboribus amendolarum, cum quodam torquulare intus in eo,... situm... in tenimento Matere, in contrata Murgie de Amendolis, iuxta vineam dictorum Iacobi, Cosme et Pascalis, coheredum Antonii de Cataldo, iuxta vineam heredum Francisci de Malviso, iuxta vineam dotalem heredis magistri Francisci, iuxta vineam heredum Andree;... et palcuit eidem... vendere [dictum vineale]... Qua propter,... stante... cum eadem... Marcho de Genusio de Matera, suo viro et legitimo mundualdo, sub cuius munduo se esse recognovit, consensum et auctoritatem sibi prestante,... vendidit... prefato Iacobo Antonii de Cataldo... supradictum vineale... pro... pretio tarenorum vigintiquinque...

† Ego Paulus de Mathera qui supra regius ad contractus
iudex pro iudice interfui et me subscripsi † Ego Iohannes
de Decano qui supra testis testor //